



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Annvs Diervm Illvstrivm Societatis Iesv. siue in Anni dies
digestæ Mortes Illvstres Eorum qui ex eadem Soc. Iesu, in
odium fidei, pietatis, &c. ... confecti sunt**

Nádasi, János

Romæ, 1657

P. Hieremias Fischer.

urn:nbn:de:hbz:466:1-44029

fuisset ingressus ; tertium
verò eum quo mortis in hac
causa oppetendæ nuncium
accepisset .

P. Hieremias Fischer .

Græcij Styriæ literis ope-
ram dedit , Deiparæ Virgi-
ni religiosè admodùm addi-
ctus , eiusdemque Foyensi
lapillo à peste ibidem repē-
tè curatus . Quidam de So-
cietate (quocum Hiere-
mias in singulari Dei Matris
cultu peculiari quadam ne-
cessitudine conspirârat) post
mortem illi apparuit , & ar-
dentem aliàs in Hieremiæ
pectore in colenda Deipara
pietatem acriùs inflâmauit ,
cùm dixit : *Sibi penes Beatif-
simam Virginem benè esse : se-
cuturum & ipsum brevè ; sed
via duriorè .* Quæ autem
illa fuerit, seu tunc seu aliàs,
cer-

*Bohemus ..
in sylva
casus.
23. Maij.
1634.
ætat. 36.
Sec. 20.*

B. P.

*Disce à
mortuo.*

Mors.

certè diuinitùs, intellexit Hieremias, dum eas quas dixi mortui amici voces amico cuidam referens, adiecit; se in sylua quapiam cæsum iri. Factum id in ea sylua per quam iter in Poloniam intendebat Hieremias cum Glogouiensi Collegio tunc præffet. ibi humi procumbens, & IESVM, ac MARIAM inclamans, ab hæreticis militibus *Iesuitas, Iesuitas* furenter succlamantibus pergere prohibitus, & globo plumbeo traiectus est, socijs fugâ elapsis. Percussor ferè post semestre, globo simili & ipse in duello ictus interiit. Parcebant aliorum vitæ, spolijs contenti hi milites grassatores; at Iesuitas pessimè oderant, eò quòd dicerent eos ministris hæreticis

ticis esse perinfectos; item Romanam Ecclesiam nec progressus tantos habituram fuisse in Germania, & facilius ab hæreticis labefactandam, nisi hoc genus hominum pro illa tam solerter satageret. Auditi sunt ijdem exprobrare, quod idola Catholica (ita illi Sanctos vocant, atque imagines) suis opitulari non possint; sed Catholicos, ac etiam Iesuitas, prosterni sinant ab hostibus. His nempe imbuti in Sociorum vitas grassati sũt.

P. Carolus Sagerius.

Ad omnem literaturam humaniorum, Philosophicarum ac Theologicarum disciplinarum vt scitè idoneus, ita obedienter promptus fuit etiam post maiora tractata se se ad minora demit-

Gallus.

Turnone.

24. Maj.

1596.

Soc. 40.